

N. 24.

A. D. 1278.

(14 maggio, Indiz. VI).

<i>Data di luogo</i>	Conversano.
<i>Rogatario</i>	Angelo di Conversano.
<i>Descrizione</i>	Gotica. La pergamena è rotta all'orlo destro. 24 × 33.
<i>Contenuto</i>	Istrumento di oblazione con cui Maione figlio del q. Lupone de Amaricanza e Cita de Veterana, sua moglie, donano all'Abbadessa Isabella parecchie proprietà.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi Millesimo ducentesimo Septuagesimo octavo. Regni vero domini nostri Regis Karoli dei gratia Rege Regnorum Ierusalem Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue Alme Urbis Senatore Andegavie Provincie Forqualquerii et Tornadorii Comite et Romani Imperii in Tuscia per sanctam Romanam ecclesiastiam Vicarii generalis Regnorum eius Ierhusalem anno primo Sicilie vero anno terciodecimo. Mense madii quartodecimo eius et sexte Indictione apud Cupersanum. Quia generis humani condicio semper a primi parentis origine in rota mortalitatis involvitur et de esse deducitur ad non esse. et quia omina sunt hominum tenuo pendencia filo et subito casu que valuere ruunt, idecirco nos Maionus filius quondam Luponis de Amaricanza et domina 10 Cita filia quondam Iohanne de Veterana, ambo vir et uxor civitatis Monopoli diu cum deliberacione provide meditantes quod vita nostra velut a texente preciditur et quia flos agri conteritur et marcescit, terrenis contemptis opibus servire deo magis eligimus [animalium] et bonorum nostrorum dignum sibi facere olocaustum, ut preinde ab eo qui vita est vitam possimus consequi sempiternam. Qua propter in presencia domini Roberti 15 Cupersani Iudicis, Angeli Iohannacii puplici eiusdem terre notarii Nicolai Riccardi et Pardi notarii Leonis de Baro, Domini Guillelmi de Armenisi et domini dicti notarii Angeli eiusdem

terre civium testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum consen-  
 tientes in predictos iudicem notarium et testes tanquam in nostros cum sciremus ipsos ex  
 certa conscientia nostros non esse. Ego predicta mulier a predicto domino Iudice de vi  
 et suasione legaliter inquisita. non suasa nec vim paciens stantibus mecum et consentien-  
 tibus magistro Petro de Potiniano habitatore Cupersani mundoaldo meo, Deone et Conto de  
 Osberno civibus monopolitanis parentibus et advocatis meis. cum auctoritate etiam et con-  
 sensu predicti viri mei, bona mea et gratuita voluntate per capillos, ut moris est, offera-  
 mus nos et nostra, tam mobilia quam stabilia infrascripta que habemus et possidemus  
 intus Monopolo et extra deo et monasterio Beati Benedicti de Cupersano in manibus do-  
 mine Ysabelle venerabilis abbatisse et conventus eiusdem monasterii cisterciensis ordinis. 20  
 Videlicet domum unam intus in Monopolo existentem in pictaceo Sancti Salvatoris per  
 hos fines a parte austri et occidentis est domus Maionis filii quondam Sire Guilelmi  
 de iuntas, a parte boree est domus Angeli de Sale et domus sire Guarini de sire Sarolo.  
 Item in Casale dicto Bagono . . . . . domum unam casile unum, curtem cum palearia una 30  
 et cum curticella una, per hos fines. a parte maris est domus domini Leonis de Sire  
 Balsamo a parte boree est domus que fuit quondam Eustasii de Oliva et nunc est sacre  
 domus hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitani. a parte maris est palearia et casalina Sancti  
 Iacobi de dompno Mudaro, item arbores olivarum septem prope Bagonum intus in una  
 lama que dicitur de calcareis. Item arbores olivarum decem et octo in eodem loco Bagono 35  
 commixtas cum olivis dicti Sconri, item olivas cum terris quibus consistunt parte ipsum  
 bagonum in loco guragij per hos fines. A parte maris et boree sunt olive Iudicte filie conti  
 Iohannis Malabranca. a parte austri est vineale dicti hospitalis Sancti Iohannis, item oli-  
 vas cum terris quibus consistunt proprium bagonum intus in una lama que dicitur vinea  
 vetrana per hos fines a parte maris sunt terre predite Iudicte a parte austri et maris 40  
 sunt terre macclose dicti Bartolomei de Lacu, a parte boree sunt terre macclose Grimoaldi  
 filii Ursi Leonis de Nauclerio Sconro. Item pezzia una de terra. cum olivis in predicto  
 loco Bagoni per hos fines a parte maris sunt olive Iohannacci filii Romacce a parte  
 boree est peccia terre que fuit Cite Saracene uxoris iudicis Salagium et nunc est mo-  
 nasterii Sancti Stephani de Monopoli et iuxta terras dicti Sconri ex parte austri, item 45  
 alias olivas cum terris quibus consistunt que sunt in area Bagoni per hos fines a parte  
 maris est via publica que va[dit] Gaianum, a parte austri sunt olive predicti domini  
 Leonis. a parte borea et maris sunt terre et olive Belle nepotis predicti Sconri. Tali modo  
 ut a presenti in antea omnes predite . . . . . et quales sunt. sint in dominio proprietate  
 et possessione dicti monasterii ad semper habendum tenendum et possidendum res ipsas 50  
 cum suis omnibus pertinentiis et utilitatibus cum omnibus in . . . . . [habijtis et contentis  
 cum trasitibus et exitibus suis usque ad vias publicas obligantes nos per vadim cum  
 dicta iurii sollempnitate sollempni stipulacione interposita nobis fideiuben[tibus] . . . . . in

predicta nostra oblacione et nullo unquam tempore contra eam venire set eam firmam et  
55 stabilem observare, defendantes bona ipsa predicto monasterio ab omni humana p[ersona].  
domine abbatisse et eius conventui vel earum subcessoribus promictimus et spondemus  
obedienciam et reverentiam in omnibus exhibemus. Unde ad futuram memoriam et pre-  
dicti monasterii cautelam de predicta oblacione nostra presens puplicum instrumentum  
eidem monasterio fieri fecimus per manus predicti Angeli puplici Cupersani notarii signo  
60 eius solito predictorum domini iudicis et testium subscripcionibus roboratum. Nos vero  
predictus Iudex notarius et testes fatemur predicta omnia coram nostra presencia ce-  
lebrata esse ut superius continetur. Quod scripsi ego predictus Angelus puplicus Cuper-  
sani notarius qui predictis rogatus interfui et meo consueto signo signavi.

† Robertus Cupersani Iudex.

65 † Ego Riccius puplicus Cupersani Notarius.

† Ego Pardus pup. Cuper. Not.

† Ego dominus Guillelmus testis sum.

† Ego Nicolaus puplicus Cuper. Notar.

† Leo negotiator Simonis filius.

70 † Ego Iohannes notarius Angeli testis sum.